

88.

Permesso al Bailo Giust. di estrar frumento e fieno da Creta.

Item. quod concedatur licencia nobili viro *Justignano Justignano* ituro Baiulo Armeniam, extrahendi da Insula Crete starias II orde^Ci et starias C. furmenti, pro suo usu et equorum suorum omni anno sicut fuerit concessum Dmo Thome Superantio.

[Presbiter 130].

89.

1315, *Febbrajo* 26.

Perdono al fabro Tomasino, per aver impiegato 8 Lire in Armenia.

Quod fiat gratia *Thomasimo Fabro* Sancti Appolinaris, quod cum mississet in lucrum usque ad libras VIII grossorum in Armeniam; et quidam eum accusaverit Dominis Revisoribus, quod misserit per mare de suo, et quod erat forensis, de quo ipsi Provisores condempnaverunt eum secundum formam sui Capitularis; sed cum ipse *Thomasinus* longo tempore bene XXV annis steterit Venetiis, et pauper homo sit, quod fiat gratia sibi, quod absolvatur de omni quod incurrisset, et restituantur ei quod propterea acceptum est ei.

[Presbiter, 140 t^o].

90.

1316, *Aprile* 3.

Permesso a' mercanti di estrarre da Venezia il bombace portato d' Armenia.

Quod Dms Dux el Consiliarii possint dare licentiam mercatoribus istius navis que venit de Armenia, que passa est tantum dampnum et sinistrum, quod possint mittere suum Bobicem balneatum extra Venetias pro reficiendo et aptando ipsum, reportando ipsum Venetias. Et si Consilium est contra, etc. [Clericus, 39].